



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 36. Rex Hungariæ Pragam venit, connubium cum Magdalena Galliarum
Regis Filia celebraturus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

negotio opera quoque Ludovici Bavari ^{Sæcul. XV.}
 uteretur, eundemque tanquam pacis hu- ^{A. C. 1457.}
 jus conciliatorem adhiberet; Mandavit
 insuper eidem Legato, ut Pontificis & A-
 postolicæ Sedis nomine sacris cæremo-
 niis augustiores redderet nuptias, quas
 idem Ladislaus Rex Pragæ celebratu-
 rus erat cum Magdalena Regis Franco-
 rum Filia; jam enim Rex splendidissi-
 mam Legationem in Gallias decreverat,
 a qua ejus sponsa in Bohemiam adduce-
 retur. Carolus etiam Franciæ Rex Le-
 gatos Ladislai summis, insolitisque ho-
 norum signis Turonii exceperat, Ladis-
 laus quoque Juvenis Princeps annos dun-
 taxat duodeviginti natus, inter omnes
 sui ævi totiusque Europæ Principes tam
 animi quam corporis dotibus longe præ-
 stantissimus Vienna discessit, & Pragam
 petiit, ut debitum pro nuptiis suis appa-
 ratum ibidem curaret; ast mortis invi-
 dia hæc nuptias interceptit.

§. XXXVI.

*Rex Hungariæ Pragam venit, con-
 nubium cum Magdalena Regis
 Galliæ Filia celebraturus.*

Jamjam Ladislaus solemnè pompa Bo- ^{Æneas Sylv.}
 hemiæ Metropolim ingredi parabat, ^{Hist. Bohem.}
 dum eidem Rochisana, qui, etsi Apostoli- ^{c. 69.}
 cis

Sæcul. XV. cis literis destitutus, Archiepiscopum ta-
 A. C. 1457. men agebat, cum frequenti, eoque hære-
 tico Hussitarum Clero obviam venit, ipsi
 de felici in Regnum suum reditu gratu-
 laturus. Ladislaus, cum hæreticorum
 perfidiam tolerare haud posset, Archie-
 piscopum severo, molestoque vultu exce-
 pit, ac sibi ejusdem præsentiam mini-
 me acceptam esse, satis manifeste osten-
 dit, eumque forte nequidem aspectu di-
 gnatus fuisset, nisi illum Podiebracius hac
 de re admonuisset, quem offendere time-
 bat Ladislaus, eoquod penes illum eo
 tempore summa regni potestas esset. Cum
 vero Presbyteri Catholici Regi occurre-
 rent, eos benigno, blandoque vultu ex-
 cepit, ac defixis in illos oculis dixit:
Hos ego Dei Ministros agnosco, ac veneror.
 Rochitana, qui unacum suis Hussitis ho-
 noris, quem Rex Catholicis exhibuit, o-
 culatus testis erat, conceptam animi in-
 dignationem ægre suppresserat, jamque
 tunc præfagiebat, quod nullus Regis
 gratiam sibi polliceri posset, nisi qui Reli-
 gioni orthodoxæ, ac Majorum suorum fi-
 dei adhæreret.

§. XXXVII.

*Ladislai adolescentis, Hungariæ ac Bo-
 hemicæ Regis obitus.*

Bonfin. lib. 3. dec. 8. ENIMVERO Ladislaus ipsa Religione nil
 antiquius cordi habuit, ut vero rem
 ad